

## DOMINICA XXI. POST OCT. TRINITATIS.

Oratio.

**A**BSOLVE, quæsumus Dómine, tuórum delícta populórum:  
 ut a peccatórum néxibus, quæ pro nostra fragilitáte  
 contráximus & tua benignitáte liberémur : Per.

Ad Magnif. Ant.  
 vij. toni.

CONFIDE fli-a, fides tu-a te salvam  
 fecit. Et sanata est mú-li-er ex illa hora, al-le-  
 lú-ia. Cant. Magní-ficat. e u ó u a e.

☘ Antiphona Amen dico vobis. cum Oratione Excita., semper ultima Dominica post Oct. Trin. cantetur, sive Dominicæ xxj fuerint, sive xxij, sive plures.

☘ Si Dominicæ post Oct. Trin. fuerint xxij, in xxij. cantabitur Ant. Dom. v. post Oct. Epiph., scilicet **Símile est regnum cælórum ferménto.**, cum Orat. **Præsta quæsumus.**

☘ Si fuerint xxiv, in xxij. cantabitur Antiphona Dom. iv. post Oct. Epiphaniæ, scilicet **Collígite.** cum Oratione **Famíliam.**; in xxij. vero Ant. **Símile est regnum cælórum ferménto.** et Orat. **Præsta quæsumus.**, ut in Dom. v. post Oct. Epiphaniæ.

☘ Si fuerint xxv, in xxij. cantabitur Ant. Dom. iij. post Oct. Epiph. sc. **Dómine salva nos.** cum Or. **Deus qui nos in tantis.**; in xxij. cantabitur Ant. Dom. iv. post Oct. Epiph., sc. **Collígite.** cum Orat. **Famíliam.**; in xxiv. Ant. Dom. v. post Oct. Epiphaniæ, sc. **Símile est regnum cælórum ferménto.**, cum Or. **Præsta quæsumus.**